assvefactos esse et innutritos, Itinerariorum tradun
monumenta. Neq; verò unô Muhammedani, sed
variis innuuntur nominibus. Arabibus quidem usita
tissimè dicuntur Moslemim, vulgò Moslemanni: qu
nomine segregant se à Christianis et Judæis; exis
mantes, se solos esse credentes ac fideles. Nuncu
pantur Populus Libri, Populus congregationis, Popu
lus legis, Populus Ismaëlis, Agareni, vel, ut Ptolemæ
scribit, Agræi. Vocantur Saraceni: quô quidem nomi
ne à Scriptoribus Ecclesiasticis, præsertim Europæis
omnes Muhammedanos dici, passim relatum legimus;
cùm ad solos propriè id spectet Muhammedanos
Ismaëlitas. Populus deniq; Muhammedis nuncu
pantur. Arriserat enim vertiginoso Vati voca
bulum hoc, non tantum, ut exemplum DEI, toties
in V.T. Judæos populum suum vocantis, blasphe
κακοζηλίᾳ exprimeret; sed et ut animis assecla
rum suorum appellatione hac omnium gratissimâ
tanquam charactere diacriticô, singularem sui ti
morem ingeneraret. Qua quidem in re voti sui tàm
feliciter homo hic, vel mille suppliciis dignus, Mu
hammedem puto, compos factus est: ut, ejusdem
timorem à DEO olim Moysi præceptum fuisse
Kessæus, Scriptor quidam Arabicus, impudenter
asserat, atq; hunc ipsum hominibus inprimis com
mendandum esse, Libri de Vitis Patriarcharum
peculiaris Cap. III. quo in de officio populi Muham
medis disserit, confidenter dicat. Id igitur quum
Ego minimè ferendum esse mihi persuaderem, toti
jactatum Muhammedis timorem, nullâ licet facundi